



V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON, NVLLO, IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXXVIII


VT

AD

SERENISSIMAE, PRINCIPIS, AC, DOMINAE
D O M I N A E
FRIDERICAE, LVDOVICAE
MARCGRAFIAE, BRANDENBVRGICAE
REGIAE, PRVSSORVM, STIRPIS
CLEMENTISSIMI, PATRIS, PATRIAE, MATRIS, CELSISSIMAE
NATALEM, QVINQVAGESIMVM, SEXTVM
A, D, V, CALENDAS, OCTOBRES, C1810CCLXVIII
QVA, OBLIGAMVR, PIETATE, OBEVNDVM
IN, CVRIANVM
CVRIAE PROCERES CIVES, Q
EVOCARET
PAVLLVS, DANIEL, LONGOLIVS



CVRIAE REGNITIANAE
EX, OFFICINA, HETSCHELIANA,



N. I.

PENSVM II.

AN AD ALBIS SINISTRAM?

Index dictorum.

§. I. Qua regione?

§. II. An in *Magdeburgicis*?§. III. An in *Anbaltinis*?§. IIII. An in *Circulo Electorali Saxonico*?§. V. An in *Misnia*?

§. I.

Ex ea regione, qua nuper 1.) substitimus, in sinistram 2.) Albis ripam traiciens adpulerit ad confluentes *Salae*. Hunc inter, *Albim* et *Sudetes* quidquid iacuerit, plerique omnes 3.) *HERMVNDVRS* adsignant. Est vero id potior pars Saxoniae superioris, quae genti illi elocatur. 4.)

§. II.

Ex eo angulo, quo *Sala* in *Albim* decurrit, nempe ad *Barbium*, 1.) iter instituenti, erit emetienda pars exigua, quae ad *Magdeburgica* refertur. Inde inchoauerint 2.) *HERMVNDVROS*, qui eos ibi collocare, ubi *Sala* *Albi* miscetur.

§. III.

1.) Penfi I. §. VII.

2.) Nominatam a Furnerio in Geogr. Crb. Notit. Part. I. Lib. III. Cap. V. p. 104

3.) Melanthon. de Vocab. Region. et Gent. Tacit. in Schardii Germ. Rer. Tom. I. p. 79. Crusius in Annal. Sueu. Part. I. Lib. I. Cap. III. n. 23. Spangenbergius in Chron. Mansfeld. Part. I. Lib. I. Cap. XIII. n. 15, et in Chron. Saxon. Cap. V. Curaeus in Gent. Silef. Annal. p. 5. Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. II. sub f. p. 120. Mollerus de In. ol. Vet. Friberg. in Collect.

Variar. Hist. Saxon. Vol. I. p. 99. seq. Dithmarus ad Tac. German. Cap. XXXI. n. 1.

4.) A Zschakwitio in Antiq. Teuton. Part. I. p. 17.

§. II. 1.) Ceu constat ex huius Hermandurorum Notitiae Cap. III. Sect. II. Int. I. Part. II. N. I. §. VIII.

2.) Cum Eccardo de Orig. German. Lib. I. Cap. CXL. p. 242. Conferatur Junkerus in Introd. in Geograph. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. p. 100. et Wideburgius in Antiq. Marggr. Misn. Part. II. de Pagis Vet. Misn. §. I. sub (b) p. 116.

§. III.

His contermina sunt, quae *Anhaltinis* parent, quorum capita *Desfaia* et *Cothonia*. Ibi vero HERMVNDVROS collocant permulti. 1.) Eius rei fundum fuerit qui sibi blandiatur reperisse in *DVRauio* prope illam *Cothoniam* sito quasi reliquiis HERMVNDVORVM nominis.

§. IIII.

Hinc aduerso *Albis* flumine protenditur, qui vulgo audit *Circulus Ekeclorals Saxonicus citerior*, cuius *ulteriorem* partem 1.) qui ad HERMVNDVROS refert, multo magis illam ad eosdem retulerit. 2.) Vereor autem, ut multis persuadeatur, *DORnam* siue *DORnauium* 3.) regionis *Wittebergensis* seruare vestigia gentis *HERMVNDVORVM*. An potius *TORGauia*, quae *priscis* 4.) *Argelia*. 5.)

G g g 2

§. V.

1.) Clucrius in *Germaniae Antiquae* Lib. III. Cap. XXVIII. Pregizerus de *Regn. Gent. in Europa* Princip. ex *Sueuis* §. X. in *Wegelinii Thesaur. Rer. Suevic.* Vol. I. p. 265. Brechenmacherus in *Notit. Sueu. Antiq.* §. XIII. in eodem Vol. p. 79. Cellarius in *Notit. Orb. Antiq.* Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXXIII. Furnierius in *Geogr. Orb. Notit.* Part. I. Lib. III. Cap. V. p. 104. Iunkerus in *Introd. in Geograph. Med. Aeu.* Part. II. Cap. I. p. 100. Spenerus in *Notit. German. Antiq.* Lib. V. Cap. VI. §. I. sub f p. 120. Sehumacherus de *Antiq. Urb. Græc. Stat.* §. VI. Weislius in *Antiq. Misnicofaxon. Singul.* Lib. I. Cap. III. p. 30. Schoettgenius in *Spicileg. Diplom. Hist. Saxon. Super.* Vol. I. Disf. I. §. II. p. 3. Bunauius in *Teut. Imperat. et Imper. Hist.* Vol. I. p. 34. Melisantes in *Theatr. Memorabil. Hist. Disf. CVII.* p. 262. Wideburgius de *Pag. Misn.* p. 16. Falkensteinus in *Antiq. et Memorabil. Nordg. Vef.*

Vol. I. Cap. I. §. III. p. 5. Schultesius in *Synopf. Geogr.* p. 195. Steffensius in *Hist. Prisc. Teuton. Incol.* Cl. III. p. 194. In omnia alia discescit *Pertschius* in *Origin. Voitland.* Part. I. Cap. II. p. 19. cuius tamen ne vllam reddidit rationem.

§. III. 1.) De qua *Pens* I. §. V.

2.) Quo respexisse videntur, qui *ducatus Saxonici partem* inhabitasse volunt HERMVNDVROS, ut Clucrius, Pregizerus, Brechenmacherus, Cellarius, Spenerus, Schumacherus, Weislius, Bunauius, Wideburgius, Steffensius n. I. superiori §. adpellati. Imo eas terras HERMVNDVRIS tribuit Iunkerus. Eius vero sententiae desiderat Schoettgenius §. X. p. 13. probationem.

3.) Quale vidimus ibidem §. VI.

4.) Nisi *Ptolemæi Γεωγραφ. Ἱστορ.* Lib. II. Cap. XI. librarii fallunt.

5.) Ex indicio *Wustemanni* de *Hermunduris* secundum *Ptolemæum* §. XIII.

§. V.

Vno ferme ore omnes i.) HERMVNDVRIS adferunt, quae inde sinistrae ripae *Albis* adiacent ad Bohemiae fines vsque sub *Mis-*
nia

§. V. i.) Melanthon, Willichius, Althamerus, Beutherus, Kirchmaierus, Leibnitius, Vetterus et Jablonski ad Tacit. de Mor. German. Cap. XXXXI. n. i. Grotnitius ista verrens in linguam vernaculam, Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. Cario in Chron. a Melanthono continuato Lib. III. non longe a principio p. 7. item 45. Reinerus de Mitenis p. 86. Crusius in Annal. Sueu. Part. I. Lib. I. Cap. VIII. Albinus in Chron. Misn. Terr. Tit. III. p. 39. et Tit. XII. p. 161. Agricola de Nat. Fossil. Lib. V. p. 605. Reineccius de Misfis p. 86. Fabricius in Annal. Vrb. Misn. Lib. I. pr. Pfeiferus de Lipsia Lib. I. §. II. III. VIII. et X. Schikfulsius in Chron. Siles. Lib. I. Cap. I. p. 5. Rhenanus apud Winkelmannum in Descript. Hasf. Part. I. Cap. III. p. 13. Dilichius in Chron. Hasf. p. 13. Ortelius in Thef. Geograph. v. *Hermannduri*, Manlius in Comment. Rer. Lufat. Lib. I. Cap. I. §. III. in Hofmanni Script. Rer. Lufat. Tom. I. p. 108. Schmidius in Chron. Cygn. Part. I. Sect. I. Cap. III. p. 12. Bechererus in Chron. Thuring. p. 8. Schurzleischius in Hist. Vet. Regni Pop. Burgundionum Cap. I. §. V. sub f, Pregizerus de Regn. Gent. in Europa Princip. ex Sueuis §. X. in Wegelini Thef. Rer. Sueuic. Vol. I. p. 265. Brechenmacherus in Notit. Sueu. Antiq. §. XIII. in eodem Vol. p. 79. Pertschius in Origin. Voitland. Part. I. Cap. II. p. 18. Olearius in Syntagm. Rer. Thuring. Part. I. p. 265. Knauthius in Misn. Illustr. Prodr. p. 109.

et in Veterocellensium Part. III. p. 89. Friedelius de Ciza Membr. II. §. VII. Mollerus in Theatr. Freibergens. Chron. Sect. I. Cap. II. p. 13. Menkenius de Graec. et Latin. Lit. in Misnia Inltaurat. Aph. I. §. I. Leonhardus in Reb. Memorabil. Chemnic. Aph. I. p. 4. Lucae in Memorabil. Siles. Part. I. Cap. II. p. 21. et de S. R. I. Princip. Part. III. Cap. I. p. 587. Rudolphi de Gleichenstein Continuator in Addit. Hist. Saxogothan. Part. V. Lib. I. Cap. III. §. XI. p. 9. Hermannus in Moniment. Mitweidens. Lib. I. Cap. III. Junkerus in Introd. in Geogr. Med. Aeuu Part. II. Cap. I. p. 100. Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. I. sub f p. 120. Schumacherus de Antiq. Vrb. Grimae Stat. §. VI. Weisius in Antiq. Misnicofaxon. Singular. Lib. I. Cap. III. p. 30. Schoettgenius in Spicileg. Diplom. Saxon. Superior. Vol. I. Diss. I. §. VIII. seq. p. 12. seq. Bunauus in Teuton. Imperat. et Imper. Hist. Vol. I. p. 34. Melisfantes in Theatr. Memorabil. Histor. Diss. CVII. p. 262. Widelburgius de Pag. Misn. p. 16. Ancherfenius in Valli Herthae et Origin. Dan. Part. I. Cap. II. §. 27. p. 41. Muldnerus de Cattenburgo §. III. Richterius in Chron. Chemnic. Part. I. Cap. I. p. 8. Iusti de Exped. Roman. per German. §. XXXXIII. p. 39. Steffenius in Hist. Prisc. Teuton. Incol. Cap. I. p. 194. Satlerus Hist. Vniuersal. Wurttemberg. Vol. I. Sect. I. §. XXXVIII. p. 54. Baumgarteniana Hist. Vniuersal. Vol. XVII. Lib. III. Cap. XIII. p. 11. Noua Eu-

nia hodie comprehensa. Et hic vnum alterumue *DORnauium* *TORnauium*ue siue *DORnam* deprehenderis; an vero simul nostros *HERMVNDVROS*, ipse videto. Ab his sane recentiores cognominarunt iisque tribuerunt multas *Misniae* vrbes, vt *Altenburgum*, 2.) *Annazbergam*, 3.) *Chemnitium*, 4.) *Dresdam*, 5.) *Frauensteinium*, 6.) *Fribergam*, 7.) *Grimmam*, 8.) *Hainam*, 9.) *Lipsiam*, 10.) *Misfenam*, 11.) *Mirweidam*, 12.) *Pirnam*, 13.) *Plaiam*, 14.) *Rabenauiam*, 15.) *Wolkensteinam*, 16.) *Zizam*, 17.) *Zwiccaviam* siue *Cygneam*, 18.) quarum quaedam medio aevo in *Osterlandia* 19.) fuere constituta.

G g g 3

Haec

rop. Geograph. Vol. VI. Lib. VII. Cap. III. §. 1. p. 180. Dresdenf. Noua Hebdomadalia An. CIIOCCCLV. Part. XXI. §. 22. p. 250.

2.) Vt Althamerus ad Tacit. German. Cap. XXXXI. statuit. Ex recentioribus nominandus, qui sub Melisantis tegumento latere voluit, in Theatr. Memorabil. Hiftor. Disf. CVII. p. 262. seq.

3.) Goebelius in *ΔιωγχαΦ*. Thermanium in Misnia apud Hermunduros sitarum prope Annaebergam et Wolkensteinam.

4.) Quam in rem euoluas Memorabilia Chemnitii §. V. sub m) p. 4. quibus facem praetulit Althamerus ad Tacit. German. Cap. XXXXI. item Mullerus de Hermannis III. atque Cl.

5.) Ex eiusdem Althameri sententia.

6.) Ex indicio Bahni de Frauensteinio Sect. I. Cap. VI. p. 24.

7.) Idque optimo iure factum putat Andr. Mollerus in Theatr. Freibergenf. Chron. Sect. I. Cap. II. p. 13. et in literis ad eundem Quelinanzius Collectioni Variar. Saxon. Hiftor. Vol. I. p. 97. seqq. infertis. Et cuius causa adparuit publice Samuelis Molleri Iubilium Rediuium Freibergae? Tantum tamen abest, vt Auctor Meditationum de Inuentione Fo-

dinarum Metallicarum Freiberg. §. III. p. 14. seq. conspiret, vt ei potius in terris *Glazae* *HERMVNDVROS* quaerenda.

8.) Pekensteinus in Theatr. Saxon. Part. III. p. 71.

9.) Idem p. 52.

10.) Idem ille p. 79. atque Althamerus in Tacit. German. Cap. XXXXI. Ea vero videtur Wulfemanno de Hermunduris sec. Ptolemaeum §. XIII. Claudii *ΓεωγχαΦ. ἸΦηγηστ*. Lib. II. Cap. XI. *Lupsurdum*.

11.) Fabricius in Dedic. Hift. Sacr. qui in Annalium Vrbs Misnae Libri I. principio rationes eius cognominis reddidit, acque ac Althamerus iste.

12.) Hermannus in Monument. Mitweid. Lib. I. Cap. II. eius causa fecit verba multa.

13.) Althamerus saepius nominatus.

14.) Et iste.

15.) Quippe quod Ptolemaei paullo ante excitati *Lugidunum* coniectore eodem Wulfemanno.

16.) Repete huius sententiae auctorem ex n. 3.

17.) Pekensteinus p. 168.

18.) Idem p. 35. seq. forte secutus Althamerum.

19.) Vt constat ex Rechenbergii Veteri

Hæc vero et iam HERMVNDVRORVM terra dicitur. 20.) Quae cum ita sint, *Mulda, Elister, Plusina* in primis illum angulum, qui *Albis, Sulae et Sudetorum* obiectu includitur, irrigarunt 21.)

Reuocamur autem inde ad vota pro incolumitate SERENISSIMAE PRINCIPIS FRIDERICAE LVDOVICAE. Quis enim est nostrum, qui non, simul ac in publicis supplicationibus EIVS nomen auribus perceperit, Deo T O. M. grates persoluat maximas, EAM triginta tribus ante et, quod excurrit, annis edidisse partum, qui rerum nostrarum ruinam minitantium grande factus est columen, CHRISTIANVM FRIDERICVM CAROLVM ALEXANDRVM, amorem ac delicias nostras? Huius ergo GENITRICIS CELSISSIMAE natalem silentio praeterire nolui. Edixi tribus nostratum, vt illud tempus sibi lumerent, quo vltima verba, quae inter suos facerent, fierent vota pro AVGVSTA MATRE.

ERHARTVS CONRADVS SCHMID ingenium naetus haud indocile ipsis Calendis Octobribus anni MDCCCLXIII. offerebatur nobis ad discendum ab eius patruo Viro Nobilissimo Ioanne Christophoro metallicarum rerum, quae Kleinschmidii feruent, Procuratore ad modum perito, quippe qui ex obitu fratris coniunctissimi Ioannis Adami in vicina Isfigia verbi diuini Praeconis vocalissimi neque operae neque sumtibus pepercit, quo orborum par parente indefesso dignum euadat. Illi enim ipsi in cohorte disciplinarum nobis ducibus olim strenue fecerant stipendia. Iste autem tiro in primum ordinem receptus superiori anno statim in natali PRINCIPIS tum viui inter duos commilitones, quid possit quisque, vicisim experiebatur amoebaeo carmine monstrans *portora a tergo posita terrae nostrae montanae muna*. Nuperrime inter festiuos SERENISSIMAE PRINCIPIS FRIDERICAE CAROLINAE de natali adplausus oratione Latina adtingebat *onus imperantium, quod est grauisimum*. Iam vernacula vindicabit se ab iis, qui ei vitio verterint, quod non citius

Osterlandia et Rantii Osterlandia in Analectorum Hist. Terrar. Saxonie. Kreisgeanorum Vol. III. Disf. XV. p. 369. seqq. Confer Junkerum in Introd. in Geograph.

Med. Aeni Part. II. Cap. V. p. 267. seq. 20.) Planero in Hist. Varisc. Part. I. §. VI. p. 15. 21.) Vt iam obseruauit Althamerus.

❁ ❁ ❁

*citius transierit a literis ad illud vitae genus, cui se adsuefacienti causa permisit Iuris Consultissimo Adamo Wilhelmo Klings-
ohr, qui ex eadem palaestra in forum procesfit, quod Deus
bene vertat.*

GEORGIUS PAVLLVS CHRISTIANVS GNVGE Ioannis Con-
radi scholae ad Stebenas acidulas ex salubritate frequentatas
Moderatoris et Cantoris assidui filius natu maior. Hunc Pater
Ioannes Conradus ipse intelligens, quantum ex publica institu-
tione redundet commodi, praeparandum adduxit ad V. Pl.
R. Ioannem Georgium Wunderlich quondam Curiani alu-
mnum adprime diligentem tum Lichtenbergae iam Cellae rem
sacram gnaviter facientem. Huius disciplina ita ceserat, vt
discipulus adgregaretur pridie idus Martias anni MDCCCLXIII. in
numerum secundanorum et duobus annis post in primanorum.
Inde post aliquot menses *diuinam et sapientiam et benignitatem
in reuelatione insigniter exsplendescentem*, nuper autem *tantarum
opum, quibus iam pene vniuersus orbis insudat, potituras esse
certius regiones, quae fruuntur patriae MATRE*, qualis natalem
tum celebrabamus, nostra OPTIMA exposuit lingua patria, qua
iam *stimuluus, qui nascitur in solennibus natalicis feminae
principis gymnasio vltimum vale dicenti ad bene gerendam rem
suam in castris Eusebiae Salanae spe Amthoriani beneficii,*
hocque praeparatus Rednitianae. Aluerint autem adolescen-
tem, qui bene formandis teneriorum animis calamoque ex de-
fectu facultatum sese hac tenus aluit.

IOANNES ADAM GAK Ioannem Fridericum patrem, dum viue-
ret, in suburbio ciuem fullonicam impigre exercentem, ami-
sisse paucis annis natum, minus sensit, ex quo parentis vices in
se susceperat Curiana Minerua tot ingeniorum alma. Suscep-
pit autem ineunte anno MDCCCLX. cuius numquam piguit.
Quot enim mihi dederis scholasticae pubis, qui suorum do-
ctorum ad vnum omnium, quoties digna rependebantur prae-
mia, tulerint suffragia? Ea vero vt semper tulit tiro, ita praeci-
pue ex inferioribus subselliis secundae ad primam classem in
publico nostrorum recensu euocatus. Tum tamen non remisit
dili-

diligentiam in perdiscendo et probitatem, quin esset documento luculentissimo, didicisse fideliter artes emollire mores, nec sinere esse ferus. Quo avidius adposita hauriebat, eo politiora reddebat, quae rariori litura coercebantur. Fiebat id non solum stilo frequentissime, sed et saepius sua a commilitonum dubiis vindicando expositaque in dubium vocando, numquam autem Musarum ingratis. In hoc videbant, quibus haud graue subinde in scholam redire, quid profit ingenium benigna cum vena. Tenebantur eius intensionibus, quas posuit Censorinus, cationum diuersa adolescentis aetate graui, media, acuta, et Camenae aduerant molle et facetum. Tale canebat siue Latinus in sollennibus D. Martini anno *MDCCCLXV. vias Deum cognoscendi aperiens*, siue Teuto nunc de *aestate*, qua natalicia augusta anno *MDCCCLXVII. celebrabantur, imagine principis aetate prouecti sed vegeta*, nunc hoc, quem agimus, anno inaugurati quondam nec deflorentis athenaei Curiani statoribus *agens debitas grates atque laudes*, quales et nunc agnoscens *commoda, quae inde sibi nata, quod superiori vere beneficiis academicis destitutus adhuc per semestre aestiuum inter Musas patrias propositio diutius haeserit*. Eo enim expeditus iam init iter Lipsiam rerum diuinarum disciplinam percipiendi ergo adiutus Mordeiseniana et Amthoriana liberalitate, quam si vnquam in hoc egeno bene collocatum iri plane confido, qui per integrum annum et ludi literarii et alumnei talem se praestitit ducem, quem omnes sibi ad imitandum proponerent, vt in erudiendis iunioribus praeceptorem, quem sequerentur.

Hos autem dimisurum nuperrimus **POTENTISSIMORVM IMPERATORIS ROMANORVM IOSEPHI II. et PRVSSORVM REGIS FRIDERICI III.** cum suae **DOMVS AVGVSTAE** principibus, quos inter **OPTIMVS** nostrae patriae **PATER** conspicuus, congressus suauissimus, quo omnes boni laetantur, inducebat in memoriam *conuulsi, quod MAXIMILIANVM inter post ea Romanorum Imperatorem huius nominis primum et DOROTHEAM ALBERTI Germanorum Achillis S. R. I. Septemviri* anno *MDCCCLXXXVI. agitata* nescio quid intercipiebat. De hoc potiora exponentem audituros esse plures, quo paucioribus id cognosse huc vsque datum fuit, spes est non vana, si id modo hic relatum legerint.

Yb 4473

1078

ULB Halle

3


006 302 904



20







CVRIAM
REGNITIANAM
NON, NVLLO, IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXXVIII

VT
AD
SERENISSIMAE, PRINCIPIS, AC, DOMINAE
DOMINAE
FRIDERICAE, LVDOVICAE
MARCGRAPHIAE, BRANDENBURGICAE
REGIAE, PRVSSORVM, STIRPIS
CLEMENTISSIMI, PATRIS, PATRIAE, MATRIS, CELSISSIMAE
NATALEM, QVINQVAGESIMVM, SEXTVM
A, D, V, CALENDAS, OCTOBRES, MDCCCLXVIII
QVA, OBLIGAMVR, PIETATE, OBEVNDVM
IN, CVRIANVM
CVRIAE PROCERES CIVES, Q
EVOCARET
PAVLLVS, DANIEL, LONGOLIVS

CVRIAE REGNITIANAE
EX, OFFICINA, HETSCHELIANA,